



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 De his, quæ pertinent ad homines quantum ad naturam, culpam, &
gloriam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

mutaciones quandoque ex conceptionibus superiorum substantiarum prater totum ordinem causarum naturalium. Sed hac opinio secunda repugnat dictis Aug. in 3. de tri. ubi dicitur quod angelis non d'feruit ad natum materia corporalis. Repugnat etiam rationi, quia quamuis quod est potentia in materia sit actu in substantiis, multo nobilius tamen materia corporalis non est proportionata potentia respectu talis actus, quo substantie spirituales in actu sunt. Oportet autem agens quod educit de potentia in actum, esse materie proportionatum: unde non potest esse quod virtus substantie spiritualis creata: se extendat ad materie transmutationem immediate, sed mediante aliquo agente naturali. Quamuis n. ci non obediat corporalis materia ad formalem transmutationem, immediate tamen obedit ei localiter ad motum localem, & per hanc uirtutem possunt congregare & circumponere aliqua agentia naturalia ad aliquem effectum perficiendum. Ea uero ad que nulla uirtus naturalis se extendit, sunt sola diuina uirtute, que sola potest naturalem ordinem immutare: sed quia mentes nostras sunt proportionata & propinquas ad recipiendum actionem angelorum, ideo in mentes nostras agere possunt dupliciter. Vno modo, confortando intellectum nostrum, sicut in corporalibus minus calidum confortatur per magis calidum. Alio modo, per agens naturale ipsius intellectus, sicut etiam agit in corpora, & hoc est in quantum lumine angelico illustrantur phantasmata ad aliquas nobiliores conceptiones imprimendas, quod lumine intellectus agentis exprimi possent.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod angeli habent conuenientiam cum istis inferioribus corporibus, que est conuenientia momentis ad motum: possunt n. mouere motu locali corpora, non solum illa caelestia immediate, sed et haec inferiora, ut sic sententia nostra de actioe angelorum in corpora, sit media inter duas opiniones philosophorum predictas.

AD SECVNDVM dicendum, quod angelus agit in haec corpora mouendo ea localiter per imperium: sed imperium non dicitur hic sine uirtute actiua, quam oportet aliquo modo contingere corpus moueri, cum mouens, & motum oporteat esse simulum, ut probatur in 7. Physicorum. Actio uero qua in luce dicitur in animam nostram, confortando eam ad intelligendum, non oportet quod transeat per medium corporale, quia hoc facit in spiritualibus ordo, quod in corporalibus situs, secundum Aug. Anima uero nostre ordine natura: quasi contingantur ipsis angelis, sicut angelus inferiori superiori, unde non oportet quod interueniat medium corporale.

AD TERTIVM dicendum, quod angeli neque in anima, neque in natura corporali aliquid creant, sed solum educunt de potentia in actum, & quamuis naturale agens de potentia in actum educere possit, non tamen ita perfecte, sicut angelus.

QVAE S T I O

DEINDE quaeritur de his, quae pertinent ad homines.

Primo, Quantum ad naturam.

Secundo, Quantum ad gratiam.

Tertio, Quantum ad culpam.

Quarto, Quantum ad gloriam.

Quantum ad naturam quaeruntur duo.

Primo, Vtrum uegetabilis & sensibilis anima sit

A a creatione.
¶ Secundo, Vtrum imperare sit actus uoluntatis, uel rationis.

ARTICVLVS XI.

Vtrum anima uegetabilis, & sensibilis educantur in esse per creationem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod anima uegetabilis & sensibilis educantur in esse per creationem. Vt n. dicit Aug. in lib. de uera religione. Substantia uiuens naturae ordine praefertur substantiae non uiuenti: sed anima sensibilis & uegetabilis sunt substantiae uiuentes, ergo sunt nobiliores omnibus substantiis non uiuentibus: aliqua autem substantia non uiuente sunt immediate a Deo creata, ut elementa huius mundi, ergo & anima sensibilis, & uegetabilis immediate a Deo creantur, cum nobilitas facientis demonstrat nobilitatem facti.

¶ 2. Praet. Oportet cui proprie competit fieri, uel sit ex nihilo, uel sit ex aliquo: sed anima uegetabilis, uel sensibilis competit proprie fieri, ergo cum non fiat ex aliquo, quia non habent materiam partem sui, relinquuntur quod fiant ex nihilo, & sic excutuntur in esse per creationem. Probatio media. Omne quod proprie habet esse, si non semper fuit, proprie dicitur fieri: sed anima sensibilis proprie & uere habet esse, cum sit substantia operans, mouet enim corpus, nihil autem habet propriam operationem nisi quod habet proprium esse, ergo cum anima sensibilis huius aetatis non semper fuerit, proprie competit ei fieri, & sic restat quod creetur.

SED CONTRA est, quod philo. dicit in 2. de anima, quod sensitiui prima mutatio sit a generante. Prima autem mutatio sensitiui est secundum quam acquiritur actum primum, qui est anima sensitiua, ergo fit per generationem, & non per creationem.

¶ 2. Praet. Omne illud quod praecedit in semine hominis ante introductionem animae rationalis, est per generationem, & non per creationem: sed anima uegetabilis & sensibilis praecedunt in semine hominis, quia primum est unum quam animal, & animal quod homo, secundum Philosophum 16. de animalibus, ergo etiam in homine est anima sensibilis & uegetabilis per generationem.

¶ 3. Praet. Cum Deus in instanti operetur, natura uero successiue, omne illud quod per actionem suae cessiuam exit in esse, est ab aliquo agente naturali: sed anima sensibilis & uegetabilis producantur actione successiua, quia determinato spatio temporis uiuificatur conceptus, & sensificatur, ergo anima sensibilis & uegetabilis sunt a naturali agente & non per creationem.

RESPON. Dicendum, quod circa haec questionem est duplex opinio. Quidam enim dicunt animam sensibilem & uegetabilem esse ex creatione. Alii uero ex traduce, & hac diuersitas apud phil. inuenitur non solum de istis animabus, sed etiam de omnibus formis substantialibus. Quidam n. ut Plato & Auicenna, posuerunt omnes formas ab extrinseco esse, qui praecipue ex duobus mouebantur. Primo quidem, quia cum formae non habeant materiam partem sui, non possunt fieri ex nihilo, unde oportet quod a creatore fiant. Secundo, quia in rebus inferioribus non uidebantur principia actionis, nisi qualitates actiuae & passiuas, quas iudicabant insufficientes ad productionem formarum substantialium, cum nihil agat uel tra sua spem. Sed in hoc uidetur fuisse decepti, quia attri-

Art. 4. 216
ad. 3. 4. &
1. p. q. 11. ar.
1. 0. & p. q. 3.
ar. 2. 0.

Te. com. 59.

D. 123.

D. 126.

Te. com. 11.

attribuebant fieri proprie istis formis, cum tamē fieri non sit nisi compositi, cuius etiam proprie est esse. Forma. n. esse dicuntur non ut subsistentes, sed ut quo composita sunt: unde & fieri dicuntur non propria factione, sed per factiōem suppositorum, qua transmutantur transmutatione materie de potentia in actum: unde sicut composita sunt per agentia naturalia, ita etiam formae quae non sunt subsistentes. Qualitates autem actiuae, & passivae agunt ad formas substantiales in virtute substantialium formarum, quarum sunt instrumenta, sicut calor ignis agit ut instrumentum animae nutritivae. ut dicitur in 2. de anima. Anima autem vegetabilis & sensibilis non sunt formae subsistentes, alias remaneret post corpora, unde oportet quod fiant a generate per actionem compositorum, sicut, & ceterae formae materiales: sola autem anima intellectiva quae habet esse subsistens, cum maneat post corpus, est ab extrinseco per creationem. Si autem sensibile, & vegetabile, & intellectuum in homine in diversis substantiis aīa radicantur, tunc & vegetabilis, & sensibilis hominis in generate erit. Sed quia haec opinio repugnat dictis philosophorum, quod in uno animato unam animam tantum posuerunt, ad quae omnes operationes animae pertinent, & etiam contra dicta sanctorum improbatum pluralitatem animarum, ut in patet in lib. de ecclesiasticis dogmatibus: id approbato quod in homine sit tantum una substantia aīa, cuius potentiae sunt vegetativum, sensitivum, & intellectuum, dicimus quod anima hominis, quae omnes has potentias animae sustinet, a Deo creatur, quamvis per operationem naturalis agentis fiat, ut corpus organizatum actu perficiatur per potentias, quae sunt corporaliū partium actus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod anima vegetabilis & sensibilis non sunt substantiae viventes, sicut nec subsistentes, sed sunt principia vivendi & essendi: & iterum non oportet si quid minus nobis sit a Deo immediate, quod etiam quod est magis nobile, quia Deus cum non habeat limitatam virtutem, nec agat necessitate naturae, potest agere & nobiliora, & minus nobilia secundum suam voluntatem: sicut immediate produxit prima individua brutorum animalium, quibus tamen homines, qui nunc generantur ex semine, nobiliores sunt.

AD SECUNDUM dicendum, quod animae sensitivae non convenit per se esse, nec fieri, nec operari: nulla enim est actio animae, in qua corpus non communicet. Est. n. duplex potentia motiva animae sensitivae, una quae imperat. appetitiva, cuius actus consistat, quae affixa musculis & nervis est principium mobilitatis in eis, sed ipsa distinctio partium corporaliū facit, quod una pars animalis est movens, & alia mota, & ita possunt moveri ex se.

Alia, quae sunt in contrarium, concedimus, nisi quantum pertinet ad hominem, in cuius semine quamvis praecedat vegetativa, & sensitiva anima imperfecte, cum illis cessantibus introducatur per creationem anima rationalis, quae perfecte continet quod in eis erat imperfectio. Nam secundum Avicennam in generationem animalis ex semine interveniunt multae generationes, & corruptiones.

ARTICULUS XII.

Utrum imperare sit actus rationis.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod imperare sit actus rationis, quia philosophus dicit. I. eth. Ratio recte, & ad optima deprecatur, & obedit

ei quod est continentis. ergo imperare, & deprecari, & huiusmodi videntur ad rationem pertinere. SED CONTRA. Imperare ad dominium pertinet: sed nos sumus domini nostrorum actuum per voluntatem. ergo imperare est actus voluntatis.

RESPON. Dicendum, quod in imperio duo concurrunt, quorum unum est rationis, aliud voluntatis. Qui enim imperat aliquid, inclinatur ad faciendum quod voluntatis est: ipsius enim est movere per modum agētis, & iterum ordinat eum cui imperat, ad exequendum illud quod imperatur, & hoc ad rationem pertinet, cuius est ordinare. Et si duorum horum ordo consideretur, videtur primum esse inclinationem voluntatis in aliquid per electionem, & postea in principio executionis ordinatur per quos fieri debet quod electum est, & sic imperium erit immediate actus rationis, sed voluntatis quasi primo moventis.

Et per hoc patet solutio ad obiecta.

QV AESTIO VI.

ARTICULUS XIII.

Utrum charitas per suam essentiam augetur.

DEINDE quaeritur quantum ad gratiam pertinet, utrum charitas secundum suam essentiam augetur, & videtur quod non. Cum enim augmentum sit quaedam mutatio, vel variatio, quod secundum essentiam augetur, sicut essentiam variat, vel mutatur: sed quod mutat, vel variat seculum essentiam, aut generatur, aut corrumpitur. ergo si charitas secundum essentiam augetur, corrumpitur: non enim generatur cum prius fuerit.

Præterea. Charitas non habet quantitatem nisi virtutalem: sed virtus charitatis est ipsa essentia eius, ergo quantitas charitatis est essentia eius. non ergo potest esse quod varietur quantitas charitatis sine variatione essentiae eius, & sic si augetur secundum suam essentiam, oportet quod esse eius vel generetur, vel corrumpatur.

SED CONTRA. Praemium essentiale respondet ipsi essentiae charitatis: sed quidam proficiunt ad maius praemium essentiale. ergo in eis charitas secundum essentiam augetur.

RESPON. Dicendum, quod charitas secundum suam essentiam augetur: sed notandum est, quod haec praepositio, secundum, varias habet vias interpretari, quandoque denotat subiectum, ut cum dicitur, Iste est albus secundum pedem, quia pes est subiectum albedinis: quandoque vero formam, ut cum dicitur, Iste est coloratus secundum albedinem. Cum ergo dicitur aliquid secundum hoc moveri, potest intelligi vel subiectum, vel formam. Cum enim dicitur, Iste movetur secundum manum, notatur subiectum motus. Cum vero dicitur, Iste movetur secundum locum, notatur id, quod formaliter specificat motum. Sic ergo cum dicimus charitatem secundum essentiam augetur, denotatur subiectum augmenti, ut sit sensus. Ipsa essentia charitatis augetur: sicut cum dicimus, album augetur secundum essentiam suam, non autem designatur forma specificans motum, ut sit sensus, augetur secundum essentiam. i. augmentum eius est motus in esse, vel in essentia, & sic dicitur augmentum esse secundum quantitatem. Et quavis quantitas charitatis, quae est virtus, sit idem quod essentia charitatis, non tamen oportet quod essentia charitatis tollatur, quia

Tex. c6. 41.

1. q. 17. ar. r. o. & 1. p. q. 1. ar. 5. ad. a.